



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

25. Quomodo Bernardus Episcopus Halberstadiensis Othoni Magno Imper. volenti Episcopatum transferre resistit, coniectus ab Imperatore in vincula, magna animi constantia Imperatorem excommunicat, qui ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

Deum seferit, & Dei bonitatem cum humanis erratis componere ignorat.

*Albertus Cranzius lib. 4. Saxonie cap. 7. Bernardus Episcopus Halberstadenfis Othoni Imperatori volenti Episcopatum transferre resistit, & iectus ab Imperatore in vincula, magna avaritia Imperatorem excommunicat, qui postea sententiam reueritus eum carceribus laxat.*

## CAP. XXV.

**O**tho Imperator, Henrici Aucupis filii cum pontificatū de Vallersteue in Magdeburgum illustriorem locum transferre moliretur, non putauit in sua prouincia superuenire quinquam super consensu interpellandum paulisper in ea re vir militaris alioqui circumspectissimus, lapsus, quod secularis potestas, quæ secularia sunt, administrat: & de propriis, quæ Deo iubet consecrari, sacra facilius autē diuinis vsibus permittit, extra illius sententiam ordinationem. Bernardus Halberstadenfis Episcopus ordinationi regis se opponit, quod in illius parochia esset locus, quem noua uoluit rex diocesi applicare. Faciebat, augeburg regi animos, quod paterna ditione locus ad illi pertineret: Erat enim Burgauius de Magdeburg, qui regi permisit, ut eam arcem prima coniugi donaret titulo propter nuptias. Res non æquè tulit, quod auderet Episcopus sua uoluntati contraire. Captum ergo perducit iussit in Quedesburg, & reclusit in carcere.

Sedit



Adit aliquandiu bonus pontifex in patientia:  
 forte rex ad cor reuersus, illum iuberet rela-  
 tari. Venerat sacra dies dominicæ coenæ: re-  
 solit Episcopus diuinorum, quæ in Ecclesia  
 um erant peragenda, ministeriorum: Iubet  
 sacras sibi vestes afferri: paretur. Indutus, orat  
 aduocari regem: Erat enim tunc eo loci. Ve-  
 nit, arbitratus Episcopum mutasse sententiã,  
 consensumque præbiturum ad rem quam in-  
 stituerat. Vbi rex aderat, Episcopus eleuata  
 manu, execratione protulit, & excommuni-  
 cationem in regem qui manus intulisset Chri-  
 sto Domini: interdixitque sacris per omnem  
 diocesim. Rex a mentiam interpretatus, quod  
 tale aliquid captus moliretur, primum vide-  
 batur rem excepisse cachinno: ybi profundius  
 cogitabat, sententiam pastoris putabat non  
 esse contemnendam. Itaque iussit mox laxatum  
 remitti ad Ecclesiam suam, & permansit res  
 infecta per omnes dies, quibus supererat E-  
 piscopus memoratus.

Nicophor. Callistus libr. 14. Ecclesiast. hist. cap. 43.  
 De translatione corporis D. Ioannes Chrysostrami,  
 & quibusdam admirandis operibus, quæ in ea tras  
 latione contigerunt, & quomodo Imper. Theodo-  
 sius se gesserit erga defunctum Chrysostramum.

## CAP. XXVI.

Patriarcha Proclus cum sciret Ecclesiam  
 dudum scissam esse propter abrogatã Chry-  
 sostramo dignitatem, consilium quesitum, quod  
 Eccle-